



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

26. Dies Febrvarii. Turpis qui alto somno semisomnis jacet, cuius vigilia de
medio die incipit, Seneca ep. 122.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

non parvi est momenti, vel minimum ejus momentum, quia est æternitatis sementis. Num tempus labitur, immensi tibi lucri occasio elabitur, palma tibi in manibus insinatur, gloria æterna imminuitur, gravissimumque pateris damnum, cum nullum facis cum tempore lucrum. Totus quantus es, Dei & cœlitum es spectaculum. Infamas gratiam Dei, dum cum gratia torpens, qui debueras esse dignum Deo ac Cœlitibus spectaculum, te facis orco, & Dæmonibus ludibrium. Itaque labora ne sis sine labore assiduo, & tandem assiduitate, labor tibi erit non modò qui est molestus, levis, sed qui diurnus, brevis. Audi monitum Vatis:

*Fac ut nulla tibi sine fructu transesar hora,
Tunc erit hora brevis, tunc labor ipse levus.*

26. DIES FEBRVARII.

Turpis qui alto somno semisomnis jacet, cuius vigilia de medio die incipit, *Seneca ep. 12.2.*

Socordiaꝝ I.
mater est
somno-
leatia.

Utevitetur spiritus desidia, cavenda est somnolentia. Quid turpis, quam & tunc, cum clarum manè intrat fenestras, & dum adulterus est dies, languida inertia, & sopore teneri. Inter omnes viræ humanæ miseras nulla major, si peccatum excepitis, quam somni miseria. Cætera miseriæ vitâ duntaxat affligunt, somnis vitâ penitus auffert: cæteræ calamitates, cum fœnore sunt homini molestæ: non medio criter enim ad merita cumulanda conducunt: inquit si vis, ad cœlum manuducunt.

Februari.

Tessera.

153

ducunt; itaque si patienter, & fortiter, es quoque feliciter miser. Somnus verò utriusque vitæ, & corporis, & Animæ graviter officit, dum ne merearis efficit. Quare qui quis æternæ est amans vitæ, plus horret somnum, quam mortem. Mors grassatur in corpus, somnus in corpus, & animam. Tanto videatur somnus morte deterior, quanto est Animæ corpore nobilior. Mors solùm privat vitâ carnem, rem mortalem, & caducam: somnus Animam, rem immortalem, & æternam. Mors non est formidanda, quia relinquit hominis partem potiorem liberam, scilicet Animam, quâ homo est, quâ amat Deum, qua contemplatur Divina: somnus hanc partem hominis nobilissimam obruit, & sepelit, exanimem quam ipsam animam faciens.

II. Nemo satis intelligit, quam sit homini noxius somnus, nisi qui intelligit quantum sit momenti, & pretii Gloriae Dei, quam inæstimabilis ejus amor, & minimus gradus in terris Gratiae, in cælis Gloriarum. Somnus suspendit omnes illas animi functiones, quibus, & augeat Gratiæ, & obtinet Gloriæ, & placeat Deo, Gratiae auctori, & Gloriarum largitorum. Itaque virtutis studiosi, à somno velut ab improbo, & molesto creditore se quamprimum expedire conantur: imo naturæ ita satisficiunt, ut è somno, tanquam ex Animæ compedibus evolare gestientes, in repetita mentis actione versentur. Non jacent in profundo velut farti, & copimi boves, spondæ adhærentes, sed mox evigilantes, mentem, & cogitationem ad præclaræ omnia referunt, & tanquam in panegyri, atque nundinis, cœlo, & æternæ vitæ negotianter. Si cui homini, qui est in panè Dei amans, eligendum daretur,

K 5

mori-

mori, an per horæ diuidium dormire, prius, nullus dubita, eligeret, ne dormiendo cessaret à Deo diligendo. Quid igitur est somnus, quām Animæ consupitæ tumulus? Itaque plus quam decet, & diutius quam oportet dormire, est saluti suæ indormire; sicuti multum vigilare, est non parum saluti suæ invigilare.

III. Si tibi quis annuntiaret te redigendum ad nihilum, toto & exhorresceres animo, & contremisceres corpore. Cur gaudes, dum indulgendum est somno, cùm perinde est, ac si jaceres in tuo nihilo. Dormiens ergo es, ac si non esses. Quid ergo indulges somno ultra jus, cùm tibi tam sit injurius? Contrahetum hunc cum corpore tuo paciscere, ut quiescat, quia hoc illi debitum, & necessarium, & accipiat suum stipendium: sed ita ut statim, albescente adhuc cœlo furgas, & erigas te è strato, ac mentem mox inferas cœlo. Et quemadmodum Anima pro quiete corporis, veluti noctu moritur, & sepelitur, ita ipsum corpus pro salute Animi moriatur interdiu: dum vigilat corpus, sit mortuum huic mundo: sicut Anima dum dormit, moritur interim cœlo, hoc est operibus quibus meretur cœlum. Rectè D. Basilius: (a) *Qui dormiens trophyum statuit?* Niimirum violenti, non somnolenti rapiunt regnum cœlorum. Quām sit homo nihili, sit licet in omnibus naturæ dotibus summus, cùm dormit, accipe ex homine Ethnico. (b) *Nemo cùm dormit ullius est pretii, nihil magis, quam qui non vivit.* Unde benè Chrysologus, qui omnia optimè, (c) *Revera plus vigilare, plus vivere est.* Ut igitur plus

(a) *Orat. de Bapt.* (b) *Plato l. 7. de legib.* (c) *Serm.*

ar.
llus
dili-
se-
itūs
; si-
avi-
ni-
sc-
om-
Dor-
lges
tra-
cat,
piat
lhuc
x in-
aiete
sum
a vi-
nima
ribus
Qui
non
sit ho
(um-
) Ne-
n qui
opti-
gitur
plus
Serm.

Februar.

Tessera.

155

plus vivas, minus dormias; ut porrò mane citò vigiles, & in negotium incumbas, vesperi citò decumbe: nam

*In matutinis quicunque cupit vigil esse,
Is cum gallinis habet ire cubare necesse.*

27. DIES FEBRVARII.

Deus non ea quæ offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium. *S. Hieron.*
in Amos.

Deus manè I.
sit omnium
operum sco-
pus.

MAnè evigilans, de quo potius debet esse prima cogitatio diei, quam de Deo qui est antiquus dierum?

Orto igitur jam sole, velut aquila perspicaci obtutu intuere Solè Justitiæ, qui solem suum jussit oriri super te. Adeum, velut ad scopum jacula, sic dirige omnia tua opera. Hoc modo actiones nullius ex natura sua valoris in sublimem meritorum gradum evehuntur: sic actiones naturales, redundantur supernaturales. Si vel mille haberet intellectus, si mille oculos, illi in solo Deo occupari deberent, & in ejus voluntate implenda. In hoc potissimum cura, industriaq; nostra versetur; ad hoc referatur omnis nostra solicitude; in eo præcipue intentio nostra occupetur; his vires Animæ nostræ fatigentur, pensum sit illud, & quotidianus labor, totitis vitæ nostræ, ut inquit amus, & quæramus cum D. Paulo. (a) *Domine quid me vis facere?* Illud quod vult Deus séper facere, est Deum verè diligere. Et ita si Deum diligis, stans in terra, jam nunc es in cœlo: quia facis voluntatem Dei, in terrâ, sicut beati in cœlo.

(a) *Actor. 6.9.*

II. Incipe